



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Index Eorum Quae Ad Concilium Ponticonense Pertinent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO CHRISTI 876. "CONCILIVM PONTIGONENSE.

IN QVO SYNODI QVOQVE TICINENSIS  
acta confirmata sunt ab episcopis Cisalpinis, praesente  
Carolo Calvo imperatore, & legatis sedis apostolicæ,  
celebratum mense Iunio ac Julio, indictione ix. anno  
Christi DCCCCLXXVI. Ioannis VIII. papæ anno iv. Ca-  
roli eiusdem regni anno XXXVII. imperii primo.

INDEX EORVM QVÆ AD CONCILIVM  
PONTIGONENSE PERTINENT.

- I. *Synopsis actorum Concilii Pontigonensis, ex Aimino.*
- II. *Synodus Ticinensis in Concilio Pontigonensi confirmata.*
- III. *Canones, seu capitula xv. apud Ticinum edita, & apud  
Pontigonem iterum promulgata.*
- IV. *Actorum Concilii Pontigonensis editio altera, ex antiquis  
codicibus.*
- V. *Libellus proclamationis ecclesiae Rhemensis oblatus Synodo  
aduersus Ludouicum regem Baioariæ.*
- VI. *Definitio Synodi Pontigonensis de Adalgaudo presbytero in-  
famato.*
- VII. *Consensus Leonis episcopi, missi & apocrisiarii sedis aposto-  
lice, cum post Synodum discessurus esset.*
- VIII. *Iuramentum, quod Hincmarus archiepiscopus edere ins-  
sus est apud Pontigonem.*

I.

ACTA CONCILII PONTIGONENSIS  
ut ab Aimino recitantur lib. v. cap. XXXIII.

V NDECIMO Kalendas Iulii, indictione ix. episcopis sessio I.  
& ceteris quibusque clericis vestibus ecclesiasticis  
indutis, & domo ac sedilibus palliis protensis, atque in  
gremio Synodi & prospectu imperialis sedis lectorio su-  
perpositis sacrosanctis euangeliis, venit dominus impe-  
rator Carolus in vestitu deaurato habitu Francico cum  
legatis apostolicæ sedis in Synodum, & cantoribus an-  
tiphonam Exaudi nos Domine, cum versibus & Gloria  
Patri, cantantibus, post Kyrie eleeson data oratione a  
Ioanne Tuscanensi episcopo, resedit dominus impera-

Fff iii